Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

quo quiſquiſ aliuſ homo. aliquid
eorum fecit. ipſo faciente fecit.
haec autem ipſe. non illiſ facientib; fecit.

IN NAT UNIUS SACERDOTIS

LEC SC̄I EUA SEC MATHEUM.

In illo temp. Dixit ihſ diſcipuliſ ſuiſ
parabolam hanc. Homo quidam
peregre proficiſcenſ uocauit ſer
uoſ ſuoſ &tradidit illiſ bona
ſua. Et reliqua.

Femu

OMIL BEATI GREGORII
PAPAE DE EADEM LECTIONE.

LECTIO SC̄I EUANGELII
fratreſ kmi. ſollicite conſiderare
noſ ad mon&. ne noſ qui pluſ ceteriſ
in hoc mundo accepiſſe ali
quid cernimur. ab aucto
re mundi grauiuſ inde iudicemur.
Cum enim augentur dona. rationeſ
&iam creſcunt donorum.
Tanto ergo eſſe humilior atque ad
ſeruiendum promptior quiſque de
b& ex munere quanto ſe obligatio
rem eſſe conſpicit in reddenda ra
tione. Ecce homo qui peregre
proficiſcitur ſeruoſ ſuoſ uocat eiſq;
ad negotium talenta partitur.
Poſt multum uero temporiſ poſitu
ruſ rationem reuertitur. bene
operanteſ pro adportato lucro
remunerat. ſeruum uero a bono
opere torpentem damnat.
Quiſ itaque iſte homo eſt qui pere

gre proficiſcitur. niſi redemptor noſ
ter. qui in ea carne quam adſump
ſerat abiit in caelum. Carniſ
&iam locuſ propri e terra eſt.
Quae quaſi ad peregrina ducitur. dum
per redemptorem nr̄m in caelo
collocatur. Sed homo iſte peregre
proficiſcenſ ſeruiſ bona ſua tradidit.
quia fidelibuſ ſuiſ ſp̄italia dona
conceſſit. Et uni quidem quinq;
talenta. Alii uero duo. Alii uero com
miſit unum. Quinque &enim ſunt
corporiſ ſenſuſ. Videlic&. uiſuſ.
audituſ. guſtuſ. odoratuſ. &tactuſ.
Quinq; igitur talentiſ donum quinq;
ſenſuum. id eſt exteriorum ſcientia
exprimitur. Duobuſ uero intellec
tuſ. &operatio deſignatur.
Vniuſ autem talenti nomine. intel
lectuſ tantummodo deſignatur.
Sed iſ qui quinque talenta accepe
rat. alia quinque lucratuſ eſt.
Quia ſunt nonnulli. qui &ſi interna
ac miſtica penetrare neſciunt.
pro intentione tamen ſuperne pa
triae. docent recta quoſ poſſunt
de ipſiſ exterioribus quae acceperunt.
Dumque ſe a carniſ petulantia.
a terrenarum rerum ambitu. atq;
a uiſibilium uoluptate cuſtodiunt.
ab hiſ &iam alioſ ammonendo con
peſcunt. Et ſunt nonnulli qui
quaſi duobuſ talentiſ ditati. intel
lectum atque operationem percipi

unt · ſubtilia de internis intelle
gunt · mira de exterioribus ope
rantur · Cumque intellegen
do & operando aliis praedicant ·
quaſi duplicatum de negotio lu
crum reportant · Bene autem
alia quinque · uel alia duo in lu
crum ueniſſe refertur; quia dū
utrique ſexui praedicatio impen
ditur · quaſi accepta talenta
geminantur · Sed is qui unum
talentum acceperat · abiens fo
dit in terra · & abſcondit pecu
niam domini ſui · Talentum
in terra abſcondere eſt · accep
tum ingenium in terrenis actib;
implicare · Lucrum ſpiritale
non querere · cor a terrenis co
gitationibus numquam leuare ·
Sunt namque nonnulli qui donū
intellegentiae perceperunt ·
ſed tamen ſola quae carnis ſunt
ſapiunt · De quibus per pro
phetam dicitur · Sapientes ſunt
ut faciant mala · bene autem fa
cere neſciunt · Sed dominus qui
talenta contulit · rationem poſi
turus redit · quia is qui nunc pie
ſpiritalia dona tribuit · diſtricte
in iudicio merita exquirit ·
Quid quiſque acceperit conſiderat · &
quod lucrum de acceptis reportet
penſat · Seruus qui geminata
talenta retulit · a domino laudatur.

atq; ad &ernam remunerationem
intro mittitur; Cum ei uoce do
minica dicitur · Euge ſerue bone
& fidelis · quia ſupra pauca fuiſti
fidelis · ſupra multa te conſtituam ·
intra in gaudium domini tui ·
Pauca quippe ſunt bona omnia pre
ſentis uitae · quamlib& multa ui
deantur · Sed tunc fidelis ſeruus
ſupra multa conſtituitur · quando
deuicta omni corruptionis moleſ
tia · de aeternis gaudiis in illa cae
leſti ſede gloriatur · Tunc ad dn̄i
ſui gaudium perfecte intro mittitur
quando in aeterna illa patria ad
ſumptus · atque angelorum coeti
bus admixtus · ſic interius gaud&
de munere · ut non ſit iam quod ex
terius doleat de corruptione ·
Seruus autem qui operari de ta
lento noluit · ad dn̄m cum uer
bis excuſationis redit dicens ·
Domine · ſcio quia homo durus es ·
metis ubi non ſeminaſti · & congre
gas ubi non ſparſiſti · & timens abii
& abſcondi talentum tuum in
terra · ecce habes quod tuum eſt ·
Notandum quod inutilis ſeruus durū
dominum uocat · cui tamen ad
lucrum deſeruire diſſimulat ·
Et timuiſſe ſe dicit in lucro talen
tum expendere · qui hoc ſolum
timere debuerat · ne hoc ſine
lucro ad dn̄m reportar& ·

Sunt enim plerique in ecclesia quo
rum iste seruus imaginem tenet.
qui melioris uitae uias adgredi
metuunt. & tamen iacere in sui
torporis ignauia non pertimescunt.
Cumque se peccatores considerant.
scitatis uias arripere trepidant.
& remanere in suis iniquitatibus
non formidant. Quorum bene
petrus adhuc in infirmitate posi
tus speciem ten&. cum uiso mira
culo piscium dixit. Exi a me
dne quia peccator homo sum.
Immo si te peccatorem consideras
oport& ut a te dnm non repellas.
Sed qui idcirco melioris habitus
uias & rectioris uitae adprehen
dere arcem nolunt. quia infirmos
esse se conspiciunt. quasi peccato
res se fatentur. & dnm repellunt.
eumque in quo scificari debue
rant fugiunt. Et uelut in per
turbatione consilium non habent.
dum moriuntur & uitam timent.
Unde & huic seruo protinus respon
detur. Serue male & piger. scie
bas quia meto ubi non semino. &
congrego ubi non spargo. oportu
it ergo te dare pecuniam meam
nummolariis. & ego ueniens reci
pissem utique quod meum est cum
usura. Ex uerbis suis seruus
constringitur cum dns dicit.
Meto ubi non semino. & congrego
ubi non sparsi. Ac si aperte dicat.
Si iuxta tuam sententiam. & illud
exquiro quod ad erogandum non
dedi. quanto magis a te exquiro.
quod ad erogandum dedi.
Oportuit ergo te dare pecuniam
meam nummolariis. & ego ueni
ens recipissem utique quod me
um est cum usura. Pecuniam
uero nummolariis dare est. eis sci
entiam praedicationis impendere
qui hanc ualeant & dictis & operib.
exercere. Sed sicut nrm pericu
lum aspicitis si dominicam pecuni
am teneamus. ita urm fratres kmi
sollicite pensate. quia cum usuris
a uobis exigitur quod audistis.
In usura quippe pecunia & iam non
data recipitur. Cum enim hoc
redditur quod acceptum fuerat.
& iam illud super inpenditur. quod
acceptum non est. Pensate ergo
fratres kmi. quia de accepta hac
uerbi pecunia usuram soluitis.
& curate ut ex eo quod audistis. &i
am alia studeatis intellegere quae
non audistis. Quatenus alia ex
aliis colligentes. & iam illa discatis
ex uobis met ipsis agere. quae nec
dum ex praedicatoris ore didicistis.
Pigrum uero seruum qua sententia
feriat audiamus. Tollite ab eo
talentum. & date ei qui habet decem
talenta. Oportunum ualde

uidebatur· utrum a malo seruo
unum talentum tollitur· ei poti
us qui duo quam qui quinq; talen
ta acceperat daretur ·, Illi enim
dari debuit qui minus· quam qui
plus habuit ·, Sed sicut superius
diximus· per quinque talenta·
quinque uidelic& sensus· id est ex
teriorum scientia designatur ·,
Per duo autem intellectus & opera
tio exprimitur ·, Plus enim habu
it qui duo quam qui quinq; talenta
perceperat · quia qui per talenta
quinque exteriorum administra
tionem meruit · ab intellectu inter
norum adhuc uacuus fuit ·,
Vnum ergo talentum quod intellec
tum significare diximus· illi dari
debuit qui bene exteriora quae ac
ceperat ministrauit ·, Quod coti
die in sc̄ā ecclesia cernimus· quia
plerique dum bene ministrant ex
teriora quae accipiunt· per ad hunc
tam gratiam · ad intellectum quoq;
mysticum perducuntur · ut & iam
de interna intellegentia polleant ·
qui exteriora fideliter administrant
Generalis & iam mox sententia sub
ditur · qua dicitur ·, Omni enim ha
benti dabitur & abundabit · ei aut̄
qui non hab& & quod uidetur habere
auferetur ab eo ·, Habenti autem
dabitur & abundabit · quia quis
quis caritatem hab& & iam dona alia
percipit ·, Quisquis caritatem
non hab& · etiam dona quae perce
pisse uidebatur amittit ·, Vnde
necesse est fratres mei ut per omne
quod agitis· erga caritatis custodi
am uigiletis ·, Caritas autem ue
ra est & amicum diligere in dō · & ini
micum propter dm̄ ·, Quamquis
quis non hab& omne bonum amit
tit quod habet ·, Talento quod ac
ceperat priuatur · & iuxta domini
cam sententiam in exteriores tene
bras mittetur ·, Per poenam quip
pe in exteriores cadit · qui per cul
pam suam sponte in interiores tene
bras cecidit ·, Et illic coactus pa
titur · tenebras ultionis· qui hic li
benter sustinuit tenebras uolup
tatis ·, Sciendum uero est quod
nullus piger · ab hac talenti accep
tione securus est ·, Nullus namq;
est qui ueraciter dicat · talentum
minime accepi · non est unde ponere
rationem cogar ·, Talenti enim
nomine cuilibet pauperi & iam hoc
ipsum reputabitur · quod uel mini
mum accepit ·, Alius intellegentiam
accepit · praedicationis ministerium
debet ex talento ·, Alius terrenam
substantiam accepit · erogationem
talenti debet ex rebus ·, Alius nec
internorum intellegentiam · nec re
rum affluentiam accepit · sed ta
men didicit artem qua pascitur ·

ipſa arſei intalenti acceptione
reputabitur ., Aliuſ horum ni
hil aſſecutureſt . ſedtamen for
taſſe familiaritatiſ locum apud
diuitem meruit . talentum pro
fecto familiaritatiſ accepit .,
Si ergo nihil ei proindigentibuſ
loquitur . protalenti ratione — retentatione
damnatur ., Habenſ igitur
intellectum . cur&omnino neta
ceat ., Habenſ rerum affluenti
am . uigil&ne amiſericordiae
largitate torpeſcat ., Habenſ
aſtem quaregitur magnopere
ſtudeat utuſum atq; utilitatem
illiuſ cumproximo paſtiatur .,
Habenſ loquendi locum apud di
uitem . damnationem proreten
to talento timeat . ſicum ualet
nonapudeum propauperibuſ in
tercedit ., Tantum quippe ab
uno quoque nr̃m uenturuſ iu
dex exigit . quantum dedit .,
Ut ergo detalentiſ ſui rationibuſ
redeunte dn̄o quiſque ſecuruſſit .
cumtremore penſ& cotidie
quódaccepit ., Ecce namque
iam iuxtaeſt utille quiperegre
profectureſt redeat ., Peregre
quippe abiit . quidehac terra
inqua natureſt longe diſceſſit .,
Sedprofecto reueſtitur utdeta
lentiſ rationeſ ponat . quiaſi
abona actione torpeſcimuſ de
ipſiſ doniſ quaecontulit noſdiſtric
tiuſ iudicat ., Conſideremuſ
ergo quaeaccepimuſ atq; ineorum
erogatione uigilemuſ ., Nulla
noſ aſpiritali opere terrena cura
impediat neſi interra talentum
abſconditur . talenti dn̄ſ adira
cundiam prouocetur ., Piger
&enim ſeruuſ cumitum iudex cul
paſ examinat . talentum deterra
leuat ., Quiaſunt plerique qui
tunc ſe aterreniſ operibuſ ſub
trahunt . quandoiam peranim
aduerſionem iudiciſ . adaeter
num ſupplicium trahuntur .,
Ante ergo detalenti nr̃i ponenda
ratione uigilemuſ . utcum iam
iudex adferiendum immin&lu
crum noſ quodfecimuſ excuſet .,

CV ITEM SERMO BEATI
MAXIMI EPI . QUI BENE
CONGRUIT IN FESTIUITATE BEA
TI HILARII . SIUE ETIÃ PAULINI
TRIUERENSIS . NEC NON EIU
SEBII EPISCOPORŨ .

SCORUM PATRUM
memoriaſ religioſiſ con
uenientibuſ honoranter fra
treſ kmi . &propria eorum
merita . &munera ineiſ
diuina ueneramur ., Quidcirco
nobiſſunt uenerabileſ . quia prae
ſentiſ uitae luce deſpecta . con
temptoque ſuorum corporum